



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1658**

Indvstria Et Praxis Pietatis Exergendæ Per Passionem D. N. I. Chtisti in IV.  
Aulis explicatam. Amice Lector.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45556**



INDVSTRIA ET PRAXIS  
PIETATIS EXERCENDÆ  
PER  
PASSIONEM  
D. N. I. CHRISTI  
IN  
IV. Aulis explicatam.

AMICE LECTOR.



Erissima est S. Augustini serm. 32. ad Frat. in Eremo sententia dicentis: Nihil tam saluiferum nobis esse, quam quotidie cogitare, quanta pro nobis pertulit Deus & homo. & S. Bernardi serm. 62. in Cant. scribentis: Quid tam efficax ad curanda conscientia vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quam frequens ac sedula Christi vulnerum mediatio? Pulchrè proinde huius exercitij vim ac modum exposuit Alphonsus Rodericus è Soc. Iesu, sacerdos, in 2. parte Exercitij Virtutum, Tractatu 7. & ego in 4. Aulis tuius ostendi, quantum intelligentiæ lumen, & quam varij affectus ex hoc negotio vasto exerceri possint. Si tamen ista copiosius cuiquam per legere non sit animus

vel otium, paucis aduertat, praxin breuem occupatissimo dabo.

I. Si Intellectum tuum vis illuminari, obsecrote lege Indicem primum, in quo Passio Domini, quàm accuratissimè ex 4. Euangelistis & paucis scripturæ locis, additis alicunde, est explicata. si ita feceris, scio quod illuminaberis multum.

II. Si uis voluntatem tuam ad aliquem affectum singularius stimulare, aut in eo perficere, vide in Indice secundo, notata Affectuum loca, & eadem in 4. aulis sub assignatis §§. numeris require. Ibi incalcescet procul dubio cor suum. Alias antea laudatus Rodericus solos septem Affectus ex passione Domini eliciendos declarauit, nimirum  
1. Compassionis 2. Doloris de peccatis,

catas, ac Detestationis eorum. 7. Amoris in Deum directi. 4. Gratitude. 5. Admiracionis. 6. Spei & fiducia in Dei misericordia. 7. Imitationis Domini Nostri. Ego vero multo, latius exspatiatus sum, quam omnes affectus, quos dedi, ille suorum paucorum Affectuum numero inclusos voluit. Vere igitur hac opella mea donec eâ melior alacunde tibi suggeratur. Clarus &

breuis esse intendi, Si id affectus sum Deum mecum honora: si minus homini delictum imputa, & conabor in Germanice concepta Medulla seruire his, qui eandem passionem amant, & fructum copiosorem haurire desiderant, tuis precibus & fauore bono sufful-

tus.

FINIS.

